

05 A 2487

05

A

2487



Q. B. V.

ECLOGA EVANGELICA
AD EVANG. DOM. II.
POST TRINITAT.

Quam

SUB PRÆSIDIO

JO. FRID. MAYERI,
S. TH. DOCT. PROF. P. ALU-
MNORUM ELECTORAL. EPHORI ET TEM-
PLI OO. SS. PRÆPOS. SUBSTITUTI

sententiarum collationi subjiciet

ZACHARIAS ROTTMANN,

Stralafundensis-Pomeranus.

d. XIX. Junii Ao. clō Ibc LXXXVI.

H. VIII. L. Q. C.

WITTENBERGÆ

Imprimebat MATTHÆUS HENCKELIUS, Acad. Typogr.

Q. R. N.
EICI OGA EVANGELICA
AD EVANG. DOMINI
POST TRINITAT.
Q. R. N.
S. P. R. N. D. I. O.
M. E. R. I. D. A. Y. E. R. I.
S. P. D. O. G. E. T. R. O. P. P. A. L. U.
S. P. D. O. G. E. T. A. M. P. N. O. M. I. N. I. T. A. T. I. O. N. I. S.
S. P. D. O. G. E. T. A. M. P. N. O. M. I. N. I. T. A. T. I. O. N. I. S.
S. P. D. O. G. E. T. A. M. P. N. O. M. I. N. I. T. A. T. I. O. N. I. S.
S. P. D. O. G. E. T. A. M. P. N. O. M. I. N. I. T. A. T. I. O. N. I. S.
S. P. D. O. G. E. T. A. M. P. N. O. M. I. N. I. T. A. T. I. O. N. I. S.
S. P. D. O. G. E. T. A. M. P. N. O. M. I. N. I. T. A. T. I. O. N. I. S.
S. P. D. O. G. E. T. A. M. P. N. O. M. I. N. I. T. A. T. I. O. N. I. S.
S. P. D. O. G. E. T. A. M. P. N. O. M. I. N. I. T. A. T. I. O. N. I. S.
S. P. D. O. G. E. T. A. M. P. N. O. M. I. N. I. T. A. T. I. O. N. I. S.
S. P. D. O. G. E. T. A. M. P. N. O. M. I. N. I. T. A. T. I. O. N. I. S.

U
vi
no
nu
fu
bo
re
eo
bu
qv
ca
lin
M
qv
ing
m





JESU FORTUNANTE!

Qv. I.

Utrum Advocatus cuilibet causse per conscientiam adesse possit suo patrocinio?

Affirmantem à Rabulis sententiam tibi tuto polliceri poteris; non multum adeo laboraturis, ceu ministros in nostra pericope fecisse legimus; qui operam suam in excusandis convivio adesse nolentibus posuisse detrectabant videri: quos non sine horrore abuti audias illo Christi & ad se rapere nulli expiando crimine Matth. XI. v. 28. in pessimum sensum detorquentes: *Venite ad me omnes (Clientuli) qui laboratis (i.e. malas causas habetis) & onerati (i.e. locupletes) estis, & ego reficiam (decipiam) vos*: ceu profanissimas eorum voces exprimit *Berlich.* part. I. conclus. 9. n. 62. quibus conscientia nihil inest, ut in ea pervestiganda operam quis ludere possit, verecundia itidem parum, qui cum vel causa ceciderint, jacturam tamen multo pretio redimi velint. In quos non ineleganter illud dictum existimes, quod *Martialis* habet in *Epigrammat*:

Egi, Sexte, tuam pactus duo millia causam

Misisti nummos quot mihi? mille, quid est?

Narrasti nihil inquis, & à te prodita causa est.

Tanto plus debes, Sexte, quod erubui,

quorum hominum pessimos mores ingenium, & oppido ingentem impietatem confusam in ruborem dedit Summus Justitiae antistes, Magnus ille *Zieglerus meus*, (igno-

A 2

scas

ELOGA AD EVANGEL.

scas autem his, & des amoris mei magnitudini) Vir non mea saltem, sed omnium laude major, in arte Rabulistica siue in dissert. de artibus Rabularum; qui autem cum non sine injuria infra dignitatem advocatorum abjiciantur, sic quoque advocati nomen non illis convenit, nec quæstio ad illos nostra pertinet. Non omnem itaque causam Advocato esse suscipiendam asserimus. Quod si enim aperte sit injusta, is autem ut justa declaretur judicis sententia, omnes animi facultates adhibet, abominationi Domino existit Proverb. XVII. 15. hi sunt, qui mutant in absinthium jus & justitiam bumi collocent Amos. V. 7. quos autem certo prement inflicta Josephi posteris & Beth-elitis horum criminum reis supplicia. Oppido credo felicia Justiniani M. Imperatoris tempora, quibus sub religione Sacramenti advocatus ejusmodi adesse causis prohibebatur; quod autem cum non injucundum relatu sit, ex ejus Sanctionibus in l. 14. §. 1. C. de judic. apponimus. Patroni autem caussarum qui utrique parti suum præstantes auxilium ingrediuntur cum lis fuerit contestata, post narrationem propositam & contradictionem objectam in qualicunque judicio majore vel minore, vel apud arbitros siue ex compromisso, siue aliter datos vel electos, sacrosanctis Evangelis tantis juramentum præstent, quod omni quidem virtute sua, omniqve ope, quod verum & justum existimaverit, clientibus suis inferre procurabunt, nihil studii relinquentes, quod sibi possibile est: non autem credita sibi causa cognita, quod improba sit vel penitus desperata & ex mendacibus allegationibus composita ipsi scientes prudentesqve mala conscientia litri patrocina buntur. Sed et si certamine procedente aliquid tale sibi cognitum fuerit, à causa recedent, ab hujusmodi

com-

communione se penitus separantes. Hocque subsecuto nulla licentia concedatur spreto litigatori ad alterius advocati patrocinium convolare ne melioribus contemptis improba advocatio subrogetur. Sin autem pluribus Patronis adhibitis & Juramento ab omnibus praestito, quidam ex his causa procedente patrocinandum esse crediderint, quidam recusaverint, exeant quidam recusantes, volentes autem remaneant. Causa etenim terminus manifestare poterit, qui timidius quique audacius iudicium vel reliquerunt vel protulerunt, nec in hac parte litigatoribus danda licentia alios pro recusantibus subrogare.

Illis autem interdictis juramento sacratori firmatis hodie supersedere necessum habemus, ne mala accumulentur & hominum istorum malitia perjurium patrocinio causarum pessimarum jungatur. Ceterum hoc ipso nondum omnium causarum propugnationem profligamus, nisi quae aperto omnium testimonio iustae sint; earum quoque defensionem suscipiendam arbitramur, quae saltem speciem obtineant recti; quasque ipsa advocati conscientia probabiles testetur; adeoque iustas magis quam iniustas censeat. Conscientia enim probabilis nixa rationibus & auctoritatibus sapientum cum formidine peccati non conjunctis obligari recte creditur Theologis nostris, V. B. *Danbaw*. Theol. Conscient. P. 1. sect. 2. art. 2. p. 135, quam tamen legem adjiciendam omnino censent solliciti conscientiarum moderatores, ut cum facti vel causae iniustitiam deprehensam teneat advocatus, clientem moneat de illa omittere, & ipse ab eadem amplius tuenda desistat. Ita communiter Theologiae Moralis Doctores, *Hermannus Busenbaum* in Medulla Theol. Moral. L. 4. c. 3. dub. 3. de

officio advocati p. 521. *Advocatus antequam patrocinium
causae suscipiat, tenetur examinare ejus equitatem & pro-
babilitatem, eamq; clienti indicare sincere: si enim falsa pro-
missione vel inani spe victoriae sumtibus involvat, tenetur ad
restitutionem. Si in progressu causae iniquitatem videat,
tenetur mox monere clientem & suadere ut desistat; alias ad
restitutionem damnorum obligabitur.* Et Gabriel à S. Vin-
centio Carmelita Excalceatus Laudensis de remediis igno-
rantiae, seu quid scire debeat unusquisq; secundum statum
suum Disp. 2. dub. 6. §. quid scire debeant advocati? pm. 69.
*Debet advocatus cavere, ne suscipiat defensionem causae, quam scit
esse injustam vel magis injustam quam justam: quod si ab initio pu-
tavit esse justam & postea videt esse injustam, debet illius patroci-
nium relinquere monendo clientem de injustitia causae &c.* Ea-
dem tradit Paulus Laymannus Theol. Moral. l. 1. tract. 1. c. V. §.
III. de Advocato. *Ceterum advocatus causam dubiam suscipiens ad
aliqua obligatus est. Primum: ut ante omnia diligenter inspiciat
causam sibi propositam equitatem vel probabilitatem; et si injustam esse
comperiat, nullo modo patrocinium ejus suscipiat, multo minus par-
tem ad litigandum inducat: alioquin tanquam concaussa ad com-
pensationem damni parti laesae obligatus erit sicut docet S. Thomas
2. 2. quest. 62. art. 7. & qv. 71. art. 3. in corp. quamobrem à confessa-
rio absolvi advocati non possunt, qui parati sunt cuius patrocinari,
seu justam, seu injustam causam habeant litigandi. Secundum: ut
post diligentem totius causae considerationem sincere aperiat clienti,
quantam probabilitatem, vel spem victoriae obtinenda habeat. A-
lioquin si falsa promissione, aut spe inani victoriae clientem detine-
at, & sumtibus frustra faciendis clientem involvat, ad compensatio-
nem damni ei obligatur, sicut ex communi Less. l. 2. cap. 31. dub. 3.
Tertium: ut advocatus, qui causae dubiae patrocinium suscepit,
paratus sit quamprimum abstinere & clienti significare, si in progres-
su litis ejus iniquitatem manifeste deprehenderit, sicut tradit S.*

Tho.

Thomas 2. 2. qv. 71. a. 3. ad 2. quodsi hoc ipsi grave futurum est, ideo à principio cavere debet, ne causas dubias facile suscipiat. quibus parva spes victoria subest, praesertim si iudices eo loco in contrariam partem haecenus judicare soliti fuerunt. V. Joann. Majorem in 4. disp. 15. qv. 28. S. quinto infertur. Gabr. qv. 6. art. 2. Vide praeter laudatum Zieglerum loc. cit. c. VII. Johannem Baptistam Mangonium de vera patrocinandiratione & methodo & Petrum Paulum Guazz. in tract. Moral. ad defensionem animarum advocatorum & Job. Paulum Xamm-
mar de officio advocati.

QV. II.

Utrum ex doctrina de gratia Universalis Reformationum quos vocant Hypotheticorum aliquis ad Ecclesiam fructus redeat?

Non nescio Linguam Lutheri, mentem autem Calvini hisce tribui à nostris Doctoribus; neque & nego. Nolim tamen esse ingratus in moderationis hujus merita; verum illa Facultatis nostrae verbis in gründlichen Beweis p. 216. deprædico. Es haben ferner dieselbige nachdem Dordrechtischen Synodo nicht allein die Bremenses, und sonderlich D. Ludov. Crocius, wie auch D. Bergius, zu Cassel D. Joh. Crocius und andere / in gleichen in der Marck / D. Joh. Bergius D. Frider. Reichelius &c. sondern auch in Frankreich Johan. Camero, Testardus, Moses Amyraldus geführt und behauptet / und ist nicht ohn / daß aufs wenigste darzu solche ihre Moderation gedienet / daß sie die Sprüche der heiligen Schrifft von der allgemeinen Gnade Gottes / in ihrer Universalität gelassen / de omnibus & singulis hominibus von allen
und

und jeden Menschen/ auf gewisse Art erkläret / auch dafür gestritten haben/ daß sie in solchen allgemeinen Verstande sollen erkläret werden / wie aus dem Disputationibus der Crociorum, Erklärungen Cameronis, und des Amyraldi Controversia mit Spanheimio, so wohl des Johannis Dallæi mit Samuele Maresio befand/ da denn so fern dieselbige unsere rechtmäßige Erklärung behauptet/ und derselbigen das Wort helfen reden/ auch wieder vielerley Exceptiones sie vertreten. Es ist auch kein Zweifel/ daß wo solche Erklärung in der Kirchen geführt worden seyn / oder noch werden / daselbsten die Einfältigen die Krafft der allgemeinen Verheissung/ und der allgemeinen Gnade Gottes schöpfen/ empfinden / und also im Glauben erbauet werden können / wenn nur nicht mit einer Hand durch solche allgemeiner Verheissung gebauet wird / mit der andern Hand wiederumb durch falsche Lehre von der heilwertigen Gnade Gottes / so aus blossen Rathschlus Gottes allein den Auserwehlten zusche / wiederumb darnieder gerissen würde.

Qv. III.

*Utrum per conscientiam maritus uxori
dominium possit concedere?*

Sæpissimè illas appetere illud quis est qui ignoret? Sed cupiditas illa dominandi quam sæpissimè præ se ferunt Jurones maxima calamitatum est, rectè judicat Philipp. Caroli Animadvers. in Agell. Lib. I. C. VI. Animadvers. i. p. 48. qui & pergit: Ex Donato in Pbormione colligimus fuisse Romanis in ore proverbium: miserum esse virum in cujus domo

domo gallina canat. Quod sane nequaquam inter paradoxa recensendum est. Canunt nonnunquam tanta contentione, ut silentium ipsis gallinaceis imponant. Quum essem ante complures annos Vienna Austria & perna illa mihi passim decantata ostenderetur, quam ajunt ei marito licitum auferre, qui domi sua Imperium obtineret, nec tanto tempore inventum esse qui eam sibi palmam vindicaret: Effluxit inter cetera hoc Epigramma:

An mulier sit homo, lis est sub Præside multa:

An vir sit dominus disputat ille domi.

Hac forte causa fuit, quod à ducendis uxoribus adeò populus Romanus abhorruit, ut per Censorem fuerit ad capeffenda matrimonia adhortandus, quemadmodum hoc capite Auctor exponit. Haftenus Caroli. Anne verò votis harum respondendum? Minimè. Repugnat enim id Ordini divino Gen. III. 16. 1. Tim. II. 12. qui Maritum Mulieris Dominum caputque constituit, atque hunc citra manifestum conscientiae discrimen nemo turbare aut ut interrumpatur concedere potest. Placet eam in rem audire B. Patrem Lutherum qui ad Maritum aliquem obsequiosum sequentes (ejusdem generis B. Lutheri *αὐτὴ γράφει* ex hæreditate paterna possideo ad Stephanum quendam scriptas.) ceu ex Tom. IV. Jenensi fol. 355. pater, dedit literas.

Gnade und Friede in Christo sampt gebühlicher Gewalt über euer Weib.

Es ist mein lieber Herr N. Eure gnädige Frau noch nicht zu mir kommen / über welchen ihrem Gehorsam gegen euch ich nicht wol zu Frieden bin /

B

zu

zu dem bin ich über euch nun auch etwas unwillig / daß ihr derhalb / da ihr so viel Muths nicht habt / eben durch Christliche Pflicht / damit ihr eurem Weibe zu dienen schuldig seyd / sie zur Tyrannin gemacht habe / und bisher darinnen gestärcket / daß es nunmehr das Ansehen hat / als obs euer Schuld sey / daß sie so thumkühn wieder euch alles wagen und fürnehmen darff. Warlich / da ihr merckt / daß der Esel vom Futter wolt Geil werden / das ist / da euer Weib durch euer einreumen und nachhängen anfang trotzig zu werden / solt ihr bedacht haben / daß ihr Gott mehr schuldig wäret zu gehorchen denn ihr / daß ist / daß ihr des Mannes Herrschafft / die Gottes Ehre ist / wie S. Paulus sagt 1. Cor. 11. v. 7. von ihr nicht hättet lassen veracht / und mit Füßen getreten werden. Denn es ist genug daß dieselbe Herrschafft / die Gottes Ehre ist / so fern sich euffere / daß sie Knechts Gestalt an sich nehme / daß sie aber solte gar auffgehoben / außgetilget und zu nichte werden / das wäre zu viel. Sehet derhalb zu / daß ihr (Gottes Befehl nach) ein Mann seyet / und eures Weibes Schwachheit so traget / daß ihr ihre Bosheit nicht stärcket

cket / und wo ihr euch in schuldigem Dienst ge-
 gen ihr zu tieff herunter liesset / Gottes Ehre /
 die in euch ist / nicht verunehret / andern zum är-
 gerlichem schädlichen Exempel. Ob es aber
 Schwachheit / oder Bosheit sey / ist leichtlich
 zu unterscheiden / die Schwachheit trage man /
 der Bosheit steure und wehre man / Schwach-
 heit läßt ihr sagen und sich gerne unterweisen /
 und folget zum wenigsten in zwölf Stunden ein-
 mal / Bosheit aber hat eine Halsstarrigkeit an
 sich zu widerstreben / und nicht nachzulassen /
 sondern darinn zu verharren und fortzufahren.
 Wenn sie aber mercken wird / daß ihr ihre Bos-
 heit / vor eine Schwachheit haltet / was ist's denn
 Wunder / wenn sie gar Rasend würde? So thut
 ihr denn durch euer eigen Schuld dem Satan
 Thür und Fenster auff / daß er euch in dem armen
 schwachen Gefäß (eurem Weibe) nach aller sei-
 ner Lust und Gefallen verspottet / erbitteret / auff
 alle Wege und Weise plage und martere. Ihr
 seyd ein weiser verständiger Mann / werdet euch
 hierinn wol wissen zu halten / auch wird der
 Herr Gnade geben / daß ihr vernehmet / was
 ich rede / und mercket / daß ich von Herzen ger-
 ne

ne beyde euch und ihr rahten wolt / und dem
Teuffel wehren. Gehabt euch wol in Christo / &c.

Quibus gravem hanc epigraphen D. Mengerius in
scrutinio conscientiae Catechetico Cap. X. pm. 810. subjun-
git. Diese Epistel möchte sich mancher noch heut zu tage
mit grober Fraktur ausschreiben und an Stuben und
Cammerthüren anzwecken lassen. Pluribus hæc dedu-
cam in Dissertatione de *Dominio Mariti in uxorem*, quam
tria capita absolvent 1) utrum Marito competat,
2) in quo consistat & 3) quomodo de-
fendendum.



05 A 2487

ULB Halle 3
004 545 249



5b

1077







Q. B. V.
ECLOGA EVANGELICA
AD EVANG. DOM. II.
POST TRINITAT.

Quam
SUB PRÆSIDIO
JO. FRID. MAYERI,
S. TH. DOCT. PROF. P. ALU-
MNORUM ELECTORAL. EPHORI ET TEM-
PLI OO. SS. PRÆPOS. SUBSTITUTI

sententiarum collationi subijciet
ZACHARIAS ROTTMANN,
Stralæfundensis-Pomeranus.

d. XIX. Junii Ao. clō Ibc LXXXVI.
H. VIII. L. Q. C.

WITTENBERGÆ

Imprimebat MATTHÆUS HENCKELIUS, Acad. Typogr.